

Z c
5355

Gedichte
auf den seligen Herrn Cabinets-
Minister Grafen von Munsterhausen
und dessen Familie.

VII, 41.

V, 4i.


5, 286,

1-5.6.6^a.6^b.7-19

VIRO ILLVSTRISSIMO
EXCELLENTISSIMO
AC SPLENDIDISSIMO
DOMINO
ERNESTO CHRISTOPHORO
SACRI ROMANI IMPERII COMITI
A MANTEVFEL
AQVILAE ALBAE ORDINIS EQVITI
POTENTISSIMI REGIS POLONIARVM SAXONIAE ELECTORIS
STATVS PVBLICI ADMINISTRO
ATQVE A CONSILIIIS INTIMIS CET
DYNASTAE KERSTINII KRVKENBECAE GANDELINI
KRVNAE LAVERAE GOENSDORPII
L. ANNORVM CIVI SVO OPTIME MERENTI
CIVITATIS ACADEMICAЕ ADQVISITAE
ANNIVERSARIA RARO EXEMPLO QVINQVAGESIMA
SIMVL NATALEM LXVIII CELEBRANTI
EVM DIEM FAVSTVM FELICEM LVBENS MERITO OMINATVR
ACADEMIA LIPSIENSIS

62

VIRO ILLVSTRISSIMO
EXCELLENTISSIMO
AC SPLENDIDISSIMO
DOMINO
ERNESTO CHRISTOPHORO
SACRI ROMANI IMPERII COMITI
A MANTEUFFEL
AGVILAE ALBAE ORDINIS EQVITI
POTENTISSIMI REGIS POLONARVM SAXONIAE ELECTORIS
STATVS PVBLICI ADMINISTRATORIS
ATQVE A CONSILIIIS INTIMIS CENSORIS
DYNASTAE KRISTINI KRATENBERGAE GANDELINI
KRVAE LAVRAE GOESDORFII
I ANNOVM CIVI SVO OPTIME MERENTI
CIVITATIS ACADEMICAЕ ADQVISITAE
ANNIVERSARIA RARO EXEMPLQ. QVINOVAESIMA
SIMVL NATALEM LXVIII CELEBRANTI
EVM DIEM RAVPTVM FELICEM LAVENS MERITO OMNIVM
ACADEMIA LIPSISNSIS



Qui primis modo muneribus rebusque
gerendis
Praestabas regi tempora cuncta tuo,

Et fidei clarus comes haec, Erneste, praecibas,

Quae memorat saeculi commoda Saxo sui,
Admittis faciles nunc in tua tempora Musas,

Phoebea que leuas pectora docta lyra.

Res ea spem studiis doctrinae adiungere fessis,

Palmarumque potest ipsa tibi esse loco:

Nec famae vocalis eget sibi conscia virtus.

Factis, non dicto laus celebrantis inest.

Sed canere est pretium, quoniam cultoris amici

Ora que nota vident, ingeniumque, deae;

Et pulsant fidibus mansurae stammina laudis:

Et nitidum fastis nomen inesse iubent.

Scilicet, est magnum populos ac iura tueri;

Sed venit ingenua maius ab arte decus.

*Omnia sint hominum quamuis pendencia vita:
Artes aeternae litterulae que tamen.
Foeta salutiferi sunt haec pomaria veri:
Quidquid perpetuum nos iuuat, inde iuuat.
Quae quia vidisti placito speciosus honore,
Secessus reliquo congruit hic decori.
Lipsia enim tali facto praelata per vrbes
Quod claret, meritum credit id esse tuum,
Nostra que praecipue schola se maiore sub astro
Nunc regit: exemplum nobile calcar habet.
Tot numerat magnos fugitiui sideris orbès,
Et colit hic saeculis pulcra Thalia tribus:
Attamen haud alios illa notat indole nostros:
Non ita constanti per sua castra fide.
Sunt aliae celebres diuarum cultibus vrbes,
Artibus et longo tempore Palladiis:
Nulla tamen simili quondam se iactet alumno:
Non memoret tantis coetibus usque parem.
Qui decies hodie sentit se condere lustrum,
Ex quo te ciuem Lipsia docta videt,
Plenius exserta praelucet lampade Musis,
Et calet ingenii Phoebus amore tui.
Aetati ille nouae felicia tempora pandens,
Non prius auditi carminis auctor adest.*

*Hac age quadriiugos Academi ad culmina currus,
Gloria quem facti non peritura mouet.
Ut foliis minimam Zephyris spirantibus aestas,
Sic homini paruam dant sua fata moram.
Illa cito ad terram ventis pluuiaque feruntur:
Sumit verno alias tempore filua comas.
Qua mortalis obit, bene habet, si voce resurgat.
Nomen ab immeritis restat mane rogis.
Turbantem vasto spectemus murmure pontum,
Littore quam fluctus explicat innumeros?
Ut tumor ac rabies decumam coit omnis in vadam?
Sternitur ut vento caerulea terga leui?
Vita quid est hominum, tumidis nisi fluctus in vndis?
Praesentem aestus habet: quae fuit, aestus erat.
Viuius in spumae nugas cohibenda propago
Temporis. huic pelago nunc aqua parua sumus.
Corporis aut generis ne quem fiducia tentet,
Omnibus incerta hinc et breuis hora data est.
Neu longas iam spes animo curas que geramus,
Admonet infidi tempus imago maris.
Nunc ea qualis eat sic mobilis vnda, nouis que,
Quas ver exclusit, frondibus aequa, vide.
Quae bona pars utcumque fuit, vix cognita fugit
Cum nucibus: grandi sub Ioue peius erat.*

*Flocculus ut brevis est? ut non bona serior aetas?
Ut tacitis pendent craftina quaeque dolis?
Ni Deus immensum lapsas reuocaret in aeuum,
Ac tenues vitas in sua colligeret,
Sede pios stabili firmans post fata, putarem,
Mortali miserum nil magis esse viro.
Nam sua pernicies rationis egentia fallit:
Ingeniosus homo est in sua damna nimis.
Sed tamen his oppressa malis, hoc lubrica pacto,
Tot casus inter, vana tot ac dubia,
Vnum habet inprimis optabile, nomen honestum:
Si quid inest veri muneris, illud inest.
Et vitam poterit praesens extendere virtus:
Artes perpetuant ingenii que bona.
Magna etenim laus est, operari digna referri:
Sed non illa minor, scribere digna legi.
Quin etiam scriptis maior, quam fortibus ausis,
Cur fit, et aeternum relligiosa fides,
Si vacat, ac tanti rationem exquirere censes,
Deducam exiguo fine per ista modos.
Facti eget elinguis virtus memorante poeta:
Fabula fit vulgi dum natat ore vaga.
Sed retinent formas viuaci fixa papyro,
Atque eadem sera concipi in aure solent;*

Scribentis simul et mores et sensa notantur,

Ac duplici indicio pagina docta patet.

Sic tunica casum designat naufragus vda:

Ille loquax tabulis, carmine vita viri.

Tum libris, Valeri dicto, nec saecula praesunt;

Sola que non possunt haec monumenta mori.

Sancta ideo studiis res est operata iuventus

Talibus, et sancto stat schola nostra loco.

Non magis hanc olim florentem ingentibus actis

Et nosti, et clara fers ita saepe fide.

Quae, tam cara deo, saeculis tam grata futuris,

Falsis criminibus qui violare potest,

Et patrium potuit scelere incestare sepulcrum,

Et potuit, quidquid vix lauat Oceanus.

Scis bona doctrinae, scis hoc, quibus utile donis,

Cur praestet meritis otia dia nemus.

Non opus insanis clamoribus esse, nec illo,

Qui cuneos formet, deiiciat que via.

Pulcrior hic et apis coetus se more Matinae

Circum fert strepitu roscida prata leui:

Oreque pars paruo sonat intemerata profanis:

Pars inclusa noui nectaris orsa mouet:

Pars aliis cellas distendit prouida saeculis:

Denique praeportis pars agit excubias.

*In tenui labor, at tenuis non gloria, dicto
Illi, Ausonia qui canit arma tuba.
Iudiciis haec vera tuis dum scribimus, ac te,
Quod tuus hoc animus non leue munus habet,
Quod lucum petis hunc, sanctae velut Elidis amnem,
Laudamus, versu nostra tulisse, feras.
Te bona mens, certa que regit sapientia meta:
Hinc sacra te toto pectore nostra iuuant.
Pierides memorant ideo tua verba, suasque
Ut sonet ad citharas vox animusque, notant.
Quae dum cuncta vides vultu celebras que sereno,
Excelsis que satur sat bona rebus habes:
Dum domus egregiis hora patet artibus omni,
Illa supercilio non metuenda malo,
Nec tenui pauidoque grauis, sed comis in omnes,
Absit ut asperitas, cedat ut ore tumor:
Dum tua te virtus vulgo commendat amatum,
Cuncta que caelesti digna fauore fluunt;
Dis ac rege iubent communia vota benignis,
Esse salutare hoc perpetuum que tibi.*

LIPSIAE A. D. M. D. C. C. X. L. V. G. A. G. N. C. I. F. O. C. C. X. X. X. I. F. I.
CARMEN EXTEMPORALE SCRIBEBAM PVBLCO NOMINE CHRISTIVS

EX OFFICINA LANGENHEMIA

pon ⁷ Zc 5355, 2o

ULB Halle

003 252 566

3



Sb

m.c.



VIRO ILLVSTRISSIMO
EXCELLENTISSIMO
AC SPLENDIDISSIMO
DOMINO
ERNESTO CHRISTOPHORO
SACRI ROMANI IMPERII COMITI
A MANTEVFEL
AQVILAE ALBAE ORDINIS EQVITI
POTENTISSIMI REGIS POLONIARVM SAXONIAE ELECTORIS
STATVS PVBLICI ADMINISTRO
ATQVE A CONSILIIIS INTIMIS CET
DYNASTAE KERSTINII KRVKENBECAE GANDELINI
KRVNAE LAVERAE GOENSDORPII
L. ANNORVM CIVI SVO OPTIME MERENTI
CIVITATIS ACADEMICAЕ ADQVISITAE
ANNIVERSARIA RARO EXEMPLO QVINQVAGESIMA
SIMVL NATALEM LXVIII CELEBRANTI
EVM DIEM FAVSTVM FELICEM LVBENS MERITO OMINATVR
ACADEMIA LIPSIENSIS

